

Band X., Nr. 4481, Seite 212-213

*Pfalzgraf Gottfried von Tübingen gibt seine Zustimmung zu den
Güterverkäufen seines Veters Eberhard an Kloster Bebenhausen.*

Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (1294. Nach
Januar 13.)

Gotfridus comes palatinus de Tuwingen presentium inspectoribus universis subscriptorum notitiam cum salute. Veritas non querit angulos nec sua ponit opera sub modio, sed potius in candelabro tam vivi testimonii quam lucentium scripturarum. Ponentes itaque rem gestam in candelabro presentium scripturarum recognoscimus et tamquam in iure confessi facimus notorium omnibus fide dignis, quod cum dilectus patruelis noster Eberhardus comes dictus Schærer noster compalatinus de Tuwingen propter urgentem necessitatem sibi ex debitorum voragine imminentem curiam suam apud Tuwingen dictam fronhof, cui ius patronatus parrochialis ecclesie ibidem pertinere dinoscitur alternatim, item omnes vineas suas aput memoratum locum Tuwingen sitas, excepta tantum illa vinea que dicitur Freveln wingarte, item lantgarbam suam sibi aput Tuwingen ubilibet pertinentem, item montem dictum Höhenberg cum omni contiguitate que inter castrum Æntringen et rivum Arlebach atque curiam Hindebach in quibuscunque spatiis continetur, item montem dictum Cruceberg itemque curiam suam in Jesingen cum omnibus earundem rerum fundis domibus areis horreis ortis agris pratis pascuis plantis silvis seu nemoribus aquis aquarum usibus viis et inviis nec non cum hominibus censibus iurisdictionibus cum vero dominio et utili ac generaliter cum iuribus et pertinentiis quibuscunque et specialiter cum iure patronatus predicto religioso monasterio de Bebenhusen ordinis Cisterciensis dyocesis Constantiensis eiusque conventui presenti pariter et futuro pro nongentis libris denariorum monete Hallensis et quinquaginta libris eiusdem monete per adhibitam verborum et gestuum sollempnitatem debitam et consuetam legaliter vendidisset et cum ex parte vendentis pariter et ementis noster consensus sit legittime requisitus, nos in favorem monasterii prenotati ac in redemptionem necessitatis vendentis predicte huiusmodi facto consensum legitimum adhibentes contractum ipsum hiis scriptis tamquam honestum et rationabilem approbamus et eundem robur tante firmitatis omni affectu et effectu quo possumus facimus optinere, ut nos cum omnibus rebus nostris remaneamus memorato monasterio in quovis evictionis seu calumpnie casu warandio nomine obligati. Et ne quicquam a nobis vel nostris heredibus possit in contrarium quomodolibet attemptari, renuntiamus omni iuri hereditario possessorio seu

II

petitorio nobis in premissis venditis competenti. In quorum evidentiam et perpetuam firmitatem nostrum sigillum duximus presentibus appendendum. Hiis aderant et testimonium perhibent

—

Textabdruck folgt dem Original.

An der Urkunde, die unter der Schrift noch Raum für etwa $4\frac{1}{2}$ Zeilen hat, hängt das WUB, Bd. VIII, S. 226, Nr. 2970 beschriebene Siegel des Ausstellers.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 2045

Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 18, fol. 51.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 359.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, TÛ

Hindebach Wüstung (23771)

Hindebach, Tübingen, TÛ, W

Hohenentringen Wohnplatz (16226)

Hohenentringen, Ammerbuch, TÛ

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÛ

Unterjesingen Wohnplatz (16216)

Unterjesingen, Tübingen, TÛ